



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **In Genesis Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

V. De Iuramentis & Fœderibus, An homini Christiano, concessa sint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Vt Ismahel orbatuſ patre, & poſtea abieſſu  
matre, et omnium creaturarum preſidio deſtitu  
tamen diuinituſ conſeruatur: Sic omneſ piſ a pare  
tibus & amicis coniunctiſſimis deſerti, & tota Ec  
cleſia, ope præcipuorum gubernatorum orbati, a  
ipſo Deo mirabiliter defenditur. Vt hæc dulciſſimæ  
dicta oſtendunt. Ioh. 14. Non relinquam uoſ orph  
noſ. Eſai. 49. Nunquid obliuiſci poteſt mater uero  
tem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui. Quod  
illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar. Ier. 13.  
26. Pater & mater dereliquerunt me, Dominuſ au  
tem aſſumpſit me.

V.

## DE IURAMENTIS & Fœderibus.

Cum omneſ politicæ ordinationeſ piſ conſe  
ſint, manifeſtum eſt iuramenta etiam, quæ uel impo  
nente Magiſtratu, uel cogente uocatione fiunt, uerba  
eſſe. Vt dicitur Deut. 6. Dominum Deum tuum ad  
rabiſ, & per nomen illiuſ iurabiſ.

Fœdera etiam approbat Deus, etiamſi diffide  
tiam erga ſe et fiduciam humanorum præſidia  
& πολυπραγμοσύνῃ, quæ cum Fœderibus con  
iuncta eſt, ſeueriſſimè damnat. Et plerunq; in fœde  
ribuſ homineſ incitati ſtultis ſpebuſ, & nitenteſ in  
luntatibuſ & auxilijs ſociorum tanquam certioruſ  
preſidijs, mouent reſ iniuſtaſ uel non neceſſari  
quæ



quibus exitium sibi accersunt, aut ex sociorum uoluntatibus pendentes, alienorum furorum pœnas luere coguntur. Ideo sapientes gubernatores fœderibus libenter abstinent. Et Isocrates dicit, Firmissima fœdera esse τὰ δ'ἰνάα πρὸς ἑαυ. Talium enim Deum esse confœderatum ac socium.

## TEXTVS.

Ludentem cum filio Isaac.) In Ebræo est, Vidit cum illudētem seu derisorem esse Saræ & Isaac.

In Isaac uocabitur tibi Semen.) Id est, Nati ex Isaac dicentur Semen Abrahæ, non Ismaëlita.

Abiecit puerum super unam arborem.) Ieronymus ad Damasum inter indissolubilia recenset, quod in hoc Capite Agar Ismaëlem tanquam latentem & puerum ulnis gestat cum annos 18. & amplius eo tempore natus fuerit.

Bersabee.) Id est, fons septem, scilicet agnarum, Vel fons iuramenti. Nam eadem dictio **שבע** significat septem & iuramentum. Fuit autem Bersabee, limes Palestinae uersus meridiem & occasum. Et abfuit à Ierosolyma decem miliaribus.

CAPVT  
XXII.

De Immolatione Isaac.

b LOCI.